



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Ultimarum Voluntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

7. Executor testamenti, in soluendo ære alieno contracto à defuncto, rationem personæ habere debet, & ita in quolibet debito, quod sibi incumbit. & num. 8.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

nerandi. ff. man. l. falla. C. eod. l. fi. ff. de testi.  
 & l. i. d. aduocatos. ff. de var. & extraord.  
 cog. quod fieri non solet sine magno labore, cu-  
 ra, vigilijs & expensis: quæ de ipsis heredita-  
 tibus quoniam non educuntur, impendendum  
 7 est sepe de suo, quod non facile retrahitur. † Cō-  
 siderare debent qualitatem personarum: qui-  
 bus exequi debent. Nam aliter soluitur & sa-  
 tisfit pauperi ac inopi, qui pauco cōtentus præ-  
 senti, integram non audet tangere portionem:  
 & nisi prator occurrat, decipi consuevit: vt  
 l. cum hi. ff. de transac. & l. de alimen. C. eod.  
 tit. Aliter verò soluitur diuiti ac opulento:  
 cui detracto etiã birreto, vix loqui possumus,  
 neq; satisfit, etiam si debitum mittatur ad do-  
 mum, sed pendere oportet debitum etiam cu-  
 mulatiore mensura cum omnibus vsuris & ac-  
 cessionibus: si quando post morulam solutum  
 est: vt l. mora. & l. videamus. ff. de vsu.  
 8 † Aliter quoq; ecclesijs, hospitalibus, pupillis  
 collegijsue, pijs miserabilibusq; personis: qua-  
 lasa iuuantur sapissimè quiq; circumscribi  
 non debent: vt in titu. ff. & C. ac extrã de  
 in integ. restit. & de minoribus, quibus sine  
 tutori-

tutoribus & curatoribus, ac iudicis decreto, soluendum non est: vt satisfaciens plenissimam possit consequi liberationem: vt instit. quib. alie. licet. s. fin. & l. sancimus. C. de admi. tutor. Aliter quoq; legatum præstari extraneis debet: quoniam testator hoc voluit: & aliter filijs, parentibus, patronis, vxoribus, maritis, reliquisq; coniunctis: quibus etiã ultra voluntatẽ equitas etiã ac pietas debitũ facit, quod dicimus naturale. † Cõmissarius attendit etiã locuples an sit hæreditas optimeq; soluẽdo: an verò exilis & tenuis, quoniam si amplæ sunt facultates, legatũ parũ ac mediocre deduci facile atq; persolui potest, quoniã dici solet, quod in maiori summa minor inest l. 1. §. si quis ita. ff. de verbo oblig. l. diem proferre. §. itẽ queritur. ff. de arbit. Et in toto inest pars, & in corpore ius realis seruitutis vel vsusfructus videtur inesse. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. l. si quis cum totum. ff. de except. rei iudi. l. vsusfruct. est pars. ff. de vsufu. benefacit. l. si quis locuples. ff. de manu. testa. modo res clara & liquida neq; creditorum nexibus obstricta sit: vt in titu. de pigno. & hypothecis. rei enim

D S tantum